



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestria duo

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -
Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Cap. V. Ad cap. XVII. XVIII. de off. Jud. Ordin.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

Dorff in solcher Wiese / daß man das Dorff mache zu einen Vor-
werke 2c.

Denique ait Honorius: *Non amplius ab eis exigas, præter moderatum auxilium, quod juxta formam Lateranensis concilii cum charitate postulandum.* Nimirum ex concilio Lateranensi sub Innocentio III. habito constat, præter curationem peti posse auxilium, quod charitativum subsidium appellatur. *cap. Cum Apostolus. §. prohibemus. de cens. Extrava. Vas electionis. Eod. tit. Inter communes. Clemen. I. de Excess. Pralat.* Quia comiter peti debet, non cum judiciariâ invectione, ut ait *can. XIV. Conc. Cabillon. 2. can. Cavendum, c. X. q. 1.* id est, captis vadiis seu pignoribus.

CAP. V.

Ad cap. XVII. XVIII. de off. Jud. Ordin.

S U M M A R I A.

- | | |
|---|--------------------------------|
| 1. Monaster. S. Remigii à quo adificatum. | 5. Civitas Trecorensis. |
| 2. Summa capituli. | 6. Abbas Rothomensis. |
| 3. Caput 18. ad quem rescriptum. | 7. Abbatia S. Salvatoris. |
| 4. Episcopus Briocensis. | 8. Populi Rhedones, Rennes &c. |

Monaster. S.
Remigii à
quo adifi-
catum.

Summa ca-
pituli.

Capit. 18. ad
quem re-
scriptum.
Episc. Brio-
censis.

Monasterium S. Remigii in civitate Remensi insigne à Clotilde uxore Clodovei fundatum, & D. Petro, inde B. Remigio dicatum est. Summa decretalis est: *Remensi Archiepiscopo firmiter inhihet Pontifex, ut nullos de cætero seculares in monasterii capitulum, visitationis tempore introducat, nisi duos vel tres de canonicis Ecclesiæ suæ, in decenti habitu, aliis, quos expedire viderit Religiosis adjunctis.* In cap. XVIII. si Raymundum sequaris, rescribitur Episcopo Bajocensi, & archidiacono Rothomagensi; Sed fallit nos Raymundus. Rescribit Honorius Episcopo Briocensi & Abbati de Sagenio & Archidiacono Recomensi: Episcopus Briocensis, *Saint. Brieu.* urbs Episcopalis sub Archiepiscopo Turonensi, in Britannia minore, sic dicta à nomine Apostoli sui S. Brioci. *Archi-*

chidiaconatus Recomenfis dubium an in Episcopatu Briocen- *Episc. Brioc.*
 si, an Tricoriensi, vel Trecorensi. Civitas Trecorensis, Triguier, *Civitas*
 Lantriguier, urbs Episcopalis Britanniae Aremoricæ sub Archie- *Trecoren-*
 piscopatu Turonensi. Capituli textus ita restituendus: *Dilectus*
filius Abbas monasterii Rothomagensis. Imò Rothonensis, ut ha- *Abbas Ro-*
 bet quinta compilatio, ubi additur; *Venet. diæceseos.* Rectè. *thonensis.*
 Innuitur Abbatia S. Salvatoris de Rothono, vulgò, Redon, ordi- *Abbatia S.*
 nis S. Benedicti, diocesis Venetensis. Rhedones, Renes vel Ren- *Salvatoris.*
 nes, Casari & Plinio populi Galliae Celticae, in Aremoricis, Bri- *Populi Rbe-*
 tanniae minoris præcipui, & conventus juridicus regionis. Urbi *dones, Ren-*
 nomen, Condite Redonum Ptolomæo, ad Vidanam fluvium. *nes.*
 Pergitur textu, *exposuit comm nobis, quod tertia pars emenda-*
rum, quas homines quinque parochiarum, quæ sui conventus
 sunt usibus deputatæ, *p. f. e. f. c. a. f. s. m. a. a.* & quod inter ipsos
 homines ortâ Ecclesiasticâ quæstione citatio ad eundem, sed exa-
 minatio & decisio quæstionis ad venerabilem fratrem nostrum
 Venetensem Episcopum & ipsum Abbatem pertinent in commu-
 ni. *Cumque felicitis memoria Innocentius Papa prædecessor noster*
conquerente ipso Abbate, quod præfatus Episcopus super hoc in-
quietebat eundem Vobis de assensu partium dederit in mandatis,
ut vocatis partibus & auditis hinc inde propositis c. r. a. i. f. i. d. E.
p. v. d. i. o. c. f. q. f. q. E. quoad l. d. p. e. p. e. & quæ sequuntur.

CAP. VI.

Ad titulum: De officio Judicis.

S U M M A R I A.

- | | |
|--|---|
| 1. Honorius rescribit Salernitano Archiepisc. | 5. Monasterium Cavense, Cavæ civitas. Thomæ Aquinatis obitus. |
| 2. Salernum. Golfo de Salerno. Abbatia Leonardi. | 6. Monasterium S. Petri de Amalphia, urbs Amalfi. |
| 3. Causa status, inter quos. | 7. Pyxis nautica. |
| 4. Fossa nova, Abbatia. | |